

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

PROPER of the MASS

COMMON OF A MARTYR BISHOP (Outside Eastertide)

“SACERDOTES DEI”

Daniel 3. 84, 87 INTROIT

SACERDOTES Dei, benedicite Dominum: sancti et humiles corde, laudate Deum. Ps.. Benedicite, omnia opera Domini, Domino: laudate et superexaltate eum in saecula. V̄. Gloria Patri.

O ye priests of the Lord, bless the Lord: O ye holy and humble of heart, praise God. Ps. All ye works of the Lord, bless the Lord: praise and exalt Him above all for ever. V̄. Glory be to the Father.

COLLECT

DEUS, qui nos beati N. Martyris tui atque Pontificis annua solemnitate laetificas: concede propitius; ut cuius natalitia colimus, du eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

O God, who dost gladden us by the annual feast of blessed N., Thy Martyr and Bishop: mercifully grant that we who celebrate his heavenly birthday, may also rejoice in his protection. Through our Lord.

2 Cor. 1. 3-7 EPISTLE

FRATRES: Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur et ipsi a Deo. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita et per Christum abundat consolatio nostra. Sive autem tribulamur pro vestra exhortatione et salute, sive consolamur pro vestra consolatione, sive exhortamur pro vestra exhortatione et salute, quae operatur tolerantiam earumdem passionum, quas et nos patimur: ut spes nostra firma sit pro vobis: scientes quod sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis: in Christo Iesu Domino nostro.

Blessed be the God and Father of our Lord Jesus Christ, the Father of mercies, and the God of all comfort. Who comforteth us in all our tribulation; that we also may be able to comfort them who are in all distress, by the exhortation wherewith we also are exhorted by God. For as the sufferings of Christ abound in us: so also by Christ doth our comfort abound. Now whether we be in tribulation, it is for your exhortation and salvation: or whether we be comforted, it is for your consolation: or whether we be exhorted, it is for your exhortation and salvation, which worketh the enduring of the same sufferings which we also suffer. That our hope for you may be steadfast: knowing that as you are partakers of the sufferings, so shall you be also of the consolation, in Christ Jesus our Lord.

Ps. 8. 6, 7 GRADUAL

GLORIA et honore coronasti eum. *V̄.* Et constituisti eum super opera manuum tuarum, Domine.

Thou hast crowned him with glory and honor. *V̄.* And hast set him over the works of Thy hands, O Lord.

ALLELUIA

ALLELÚIA, allelúia. Hic est sacerdos, quem coronavit Dominus. Allelúia.

Alleluia, alleluia. This is the priest whom the Lord hath crowned. Alleluia.

From Septuagesima the Alleluia and the Verse Hic est are omitted and the following is said:

Ps. 111. 1-3 TRACT

BEATUS vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. *V̄.* Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. *V̄.* Gloria et divitiae in domo eius: et iustitia eius manet in saeculum saeculi.

Blessed is the man that feareth the Lord: he delighteth exceedingly in His commandments. *V̄.* His seed shall be mighty upon earth: the generation of the righteous shall be blessed. *V̄.* Glory and wealth shall be in his house, and his justice remaineth for ever and ever.

Matthew 16. 24-27 GOSPEL

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdidit animam suam propter me, inveniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucratur, animae vero suae detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis: et tunc reddet unicuique secundum opera eius.

GOSPEL

At that time, Jesus said to His disciples: If any man will come after me, let him deny himself, and take up his cross, and follow me. For he that will save his life, shall lose it: and he that shall lose his life for my sake, shall find it. For what doth it profit a man, if he gain the whole world, and suffer the loss of his own soul? Or what exchange shall a man give for his soul? For the Son of man shall come in the glory of his Father with his angels: and then will he render to every man according to his works.

Ps. 88. 21, 22 OFFERTORY

INVENI David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum.

I have found David My servant, with My holy oil I have anointed him; for My hand shall help him, and My arm shall strengthen him.

SECRET

MUNERA tibi, Domine, dicata sanctifica: et, intercedente beato N. Martyre tuo atque Pontífice, per eadem nos placatus intende. Per Dominum.

Sanctify, O Lord, the gifts dedicated to Thee, and through them, by the intercession of blessed N., Thy Martyr and Bishop, graciously regard us. Through our Lord.

PREFACE OF THE APOSTLES

VERE dignum et justum est, æquum et salutare. Te Domine suppliciter exorare, ut gregem tuum, pastor æterne, non deseras: sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes:

It is truly meet and just, right and for our salvation, to entreat Thee humbly, O Lord, that Thou wouldst not desert Thy flock, O everlasting Shepherd; but through Thy blessed Apostles, wouldst keep it under Thy constant protection; that it may be governed by those same rulers, whom as vicars of Thy work, Thou didst set over it to be its pastors. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Ps. 20. 4 COMMUNION

POSUISTI, Domine, in capite eius coronam de lapide pretioso.

Thou hast set on his head, O Lord, a crown of precious stones.

POSTCOMMUNION

HAEC, nos communio, Domine, purget a crimine: et, intercedente beato N. Martyre tuo atque Pontífice, caelestis remedii faciat esse consortes. Per Dominum.

May this Communion, O Lord, cleanse us from guilt: and through the intercession of blessed N., Thy Martyr and Bishop, may it make us sharers in the heavenly healing. Through our Lord.